

BARTHELIUS A RINCKINGEN MEDICVS.



Barthelius, cognomine Tarrichter dictus, honestis parentibus natus, & à teneris annis in omni genere literatum fœliciter institutus fuit. Is cum prima artium & linguarum fundamenta fœliciter iecisset, se hinc inde ad celebriores Academias contulit, & Philosophiæ atque Medicinæ operam dedit. In ea facultate sua diligentia effecit, ut omnium bonorum gratulatione Doctor crearetur. Postea Medicinam exercere cœpit, & magnum rerum usum sibi comparauit. Id quum Maximilianus rex intellectisset, hunc Barthelium ad se uocauit, atque suæ curiæ Medicum constituit.